liberemur insidiis. Postcom.
Mentes nostras quesumus domine
lumine tue claritatis illustra.
ut videre possimus que agenda
sunt. et que recta sunt agere
valeamus. Per. Feria quinta.
Confessio et pulcritudo in conspectu
eius sanctitas et magnificentia
in sanctificatione eius. Cantate d.
Devotionem populi tui domine
benignus intende. ut que
per abstinentiam maceratur
in corpore. per fructum boni operis
reficiatur in mente. Per. l.l. hester
In diebus illis. Oravit hester
dicens. Domine deus fortis et
magne atque terribilis. qui
custodis pactum his qui dili-
gunt mandata tua. fiant
aures tue ascultantes. et oculi
tui aperti ad orationem servi tui.
quam ego oro coram te domine
nocte ac die pro servis tuis.
et confiteor pro peccatis eorum.
quia peccaverunt tibi. Memento
domine verbi tui quod mandasti
moysi famulo tuo dicens.
Si reversi fueritis ad me. ut
custodiatis mandata mea.
et faciatis ea. etiam si abducti

fueritis ad extrema celi.
inde congregabo. et inducam
vos in locum quem elegi.
ut habitet nomen meum ibi. Et
ipsi servi tui. et populus tuus
quem redemisti in fortitudine
tua magna. et in manu tua
valida. Et nunc domine sit
auris tua intendens ad
orationem servi tui. et servorum
tuorum qui volunt timere no-
men tuum. et dirige eos
hodie. et da in mente ipso tuo.
domine deus noster. Gra.
Custodi me domine ut pupillam
oculi sub umbra alarum tuarum protege
me. De vultu tuo iudicium meum
prodeat. oculi tui videant equitatem.
In illo tempore. Secundum Johannem.
Dicebat ihesus ad eos qui cre-
diderunt ei iudeos. Si man-
seritis in sermone meo. vere
discipuli mei eritis. Et cog-
noscetis veritatem. et veritas
liberabit vos. Responderunt
ei. Semen abrahe sumus.
et nemini servivimus umquam.
Quomodo tu dicis. liberi eritis.
Respondit eis ihesus. Amen amen
dico vobis. quia omnis qui

MACVLATORIVM
SVPER ANNVM 1603

1603
1578
25

License: cc-by-nc-sa – Košice, Archív mesta Košice, fond Magistrát mesta Košice, Odd. Supplementum H, sign. H III/2 mac 43, 2r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3flo/7915/62946)